



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 4. Quænam prohibentur præcepto, non Concupisces?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

carnalis de copula, cùm femina, si esset uxor, est mortalis: quia appetitus sensitivus semper fertur in objectum, ut est in se, & omni conditione destitutum: nam imaginatio, ex cujus apprehensione movetur, & quam solam sequitur, nullam conditionem apponere potest, nec præscindere malitiam ab objecto. Imò juxta varios quævis delectatio de objecto intrinsecè malo perindè mala est, posita quacunque conditione, ac foret illà sublatà: quia delectatio est affectus complacentiæ de objecto ut præsentem, qui unice pendet ex delectabili, quod in objecto apprehenditur: ergo si objectum sit malum, delectatio erit mala. Conditiō autem quævis apposita nil operatur ad delectationem, nec tollit ejus malitiam, nisi tollat rationem, quæ delectat, seu ipsam delectabilitatem.

*Q. 4. Quanam prohibentur præcepto,  
Non concupisces?*

*Resp.* Prohibetur tum quodvis desiderium, & complacentia objecti, seu actus mali, & consensus pravus concupiscentiæ motibus: tum etiam desiderium habendi quodvis bonum proximi, sive uxorem, sive servum, sive fundum, &c. juxta Deut. 5. *Non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non servum, non ancillam,*

*cillam, non bovem, non asinum, & universa, quae illius sunt. Ita ut sit mortale, proximi bonum notabile expetere cum ejus damno, vel appetere proprium commodum, aut lucrum cum damno gravi proximi: nam hoc graviter repugnat charitati vetanti, ne alteri fieri velis, quod tibi non vis fieri. Hinc (ut ait Catechism. Roman.) Graviter peccant mercatores, qui rerum penuriam, annonaeque charitatem expetunt; atque id agere ferunt, ut alii praeter ipsos sint, qui vendant aut emant, quo carius vendere, aut vilius emere possint. Item qui alios egere cupiunt, ut aut vendendo aut emendo ipsi lucrentur. Medici item, qui morbos desiderant: judices, advocati, procuratores, scribae, qui causarum litiūque vim, & copiam concipiunt, &c.*

*Q. 5. Quale peccatum est simplex delectatio morosa, seu deliberata rei illicitae?*

*Resp. I. Delectatio deliberata seu deliberatè admittitur, de quolibet objecto, vel opere mortaliter malo, est peccatum mortale, etiam secluso omni desiderio, proposito, conatu, & periculo illud efficiendi; tumitque speciem, & malitiam à tali objecto. Est communis, & constat 1. ex Prov. 2. Qui letantur, cum male fecerint, & exultant*